



**Theologiae Moralis Sacramentalis Ad Instructionem
Ordinandorum & Curandorum Ex Materia De Sacramentis
In Genere Et Ordinis Eucharistiae, Poenitentiae, Ac
Matrimonii In Specie**

De Matrimonij Sacramento, & omnibus Peccatis contra VI. præceptum, ac
de Abortu

Sporer, Patritius

Salisburgi, 1711

Approbationes Theologorum Ordinis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55333)

Approbationes Theologorum Ordinis.

I.

TAndem & hæc QUARTA PARS THEOLOGIAE MORALIS SACRAMENTALIS de MATRIMONIO una cum Appendice de Abortu M. V. P. ac Venerabilis Senis P. PATRITII SPORER. Ord. Fratr. Min. Recoll. Almaz Alemaniae seu Argentinae Provinciae tertio Definitotis Actualis & SS. Theologiae Lectoris Jubilati, quum sacrae Fidei Orthodoxae & bonis moribus in nullo contradicat, at verò doctrinam practicam Christianae Reipublicae apprimis utilem ac necessariam coarctat, ut omnibus proffit, lucem publicam jure meretur, Ita censeo in Conventu nostro Salisburgensi, die 29. Maij. Anno Dominicae Incarnationis M. DC. LXXXII.

(L. S.)

F. PETRUS de ALCANTARA
STAUPACH, ejusdem Voti ac
Conventus Franciscanus, ac p. r. SS.
Theologiae Lector Ordinarius.

II.

ETiam QUARTA PARS THEOLOGIAE MORALIS SACRAMENTALIS, in specie de SACRAMENTO MATRIMONII, aliisque Materiis huc facientibus, una cum appendice Tractatus de ABORTU, à M. V. P. F. PATRITIO SPORER Ord. Min. Recollect. Prov. Argent. Diffinitore Actuali, SS. Theologiae Lectoris Jubilato collecta & digesta, quia bonis Moribus & S. Fidei non adversatur, Materiam usque adeò practicam (at plerumque incautè) ideo malè, cautissime & optimè pertractatam continet, atque Curatis omnibus in & extra Confessionale plurimum deservit, hinc merito typis mandari potest. Ita censeo ex nostro Conventu Salisb. 30. Maij, Anno 1682.

(L. S.)

F. RODERICUS SCHNABL
ejusdem Ord. & Provin. in Conventu Salisb. SS. Theol. Lector Ordinarius.

III.

TAndem etiam hanc Quartam Partem THEOLOGIAE MORALIS SACRAMENTALIS à M. V. P. PATRITIO SPORER Ord. FF. Min. Recoll. Almae nostrae Provinciae Argent. SS. Theol. Lectore Jubilato laboriosè, doctè, & solide conscriptam, pro prima editione quidem jam censam, pluribus tamen mendis conspersam, de nouo pro secunda impressione pluries attentè legi & relegi, ac errata pro posse, conformiter ad priores Partes accuratè correxi. Quae cum Sacrae Fidei, & bonis moribus nil contrarium contineat, sed ubique Materias, Quaestiones, & Difficultates in causis & casibus Matrimonialibus ac aliis annexis aliàs difficiles & perplexas, omnibus in Judiciis Ecclesiasticis versantibus, Parochis, & Confessariis scitu summè necessarias, mirà doctrinae claritate & soliditatè resolutas exhibeat, eam meritò iterum omnibus pro facillimo usu in his ferme quotidiano plurimum commendo. Ex Conventu nostro Salisb. 10. Decemb. Anno 1689.

F. DEMETRIUS WIDMAN,
ejusdem Ordinis & Provinciae in
praefato Conventu SS. Theologiae
Lector Ordinarius.

Facultas Reverendissimi Metropolitici Consistorij Salisburgensis &c.

EX Mandato Reverendissimi Metropolitici Consistorii Salisburgensis, legi Tractatum IV. Partis M. V. P. PATRITII SPORER Passaviensis Ord. FF. Min. Recollect. Provinciae Argent. SS. Theol. Lectoris Jubilati &c. Intitulatum THEOLOGIA SACRAMENTALIS MORALIS de MATRIMONIO, unà cum APPENDICE de ABORTU; & quia nihil abortivum contra bonos mores, nec Spuriū contra Orthodoxam fidem in eo deprehendi; idèd in lucem publicam prodeat.

JOANNES JULIUS de MOLL,
Provincialis Auliacus, Celsiss. & Reverendiss. Principis & Archi-Episcopi
Salisb. S. Sedis Apostol. Legari &c.
Consiliarius Consistorialis, & B. M. V.
ad Nives Canonicus,